

# **Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois, Nr.**

## **182**

Notum sit omnibus quod Herbertus miles, botellarius comitis vindocinensis, venit ad Maius Monasterium, anno dedicationis eius, et in die estivalis festivitatis beati Martini venit in Iocutorium sacristarum, conductu domni Stephani monachi nostri cognomento Ridelli, tunc prepositi obedientiae Beziaci, et dedit Deo et beato Martino in perpetuum, atque nobis eius monachis, VIII denarios census, quorum quatuor de Varennes et alios quatuor de Navolio reddebamus ei singulis annis. Cuius rei testes sunt hi: Sancellinus cellararius – Rainnerius forestarius – Algerius sacrista – Algisus cocus. Sciendum quoque quod donum eiusdem census, continuo dum matutinalis missa cantaretur, posuit super altare dominicum, per octo denarios in presentia multorum.